



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

SS. Gervasius & Protasius. Martyres. 19. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

o) 438. (o)

de terrenis: consule eos in dubiis: quid, quæso, respondebunt? Ah! profectò cum maximo miserationis sensu nos intuentur, quod bonis brevi relinquentis tantum adhæreamus. *Quid cum terra illi, qui possides cælum?* Chrysol:

2. Deus (inquit Clemens Alexandrinus) dedit triplicem decalogum hominibus; primus is est, quem promulgavit Moses. alter est lumen rationis, quæ cuique tum facienda, tum omittenda præscribit. Tertius est cœli conspectus: Enimvero quis serenâ nocte Cœli pulchritudinem suspiceret, quin amet, & miretur ejus auctorem? Quis verò videbit cœlum caliginosum, repetito fulgere mortali bus fulmina minitans, quin tonantem timeat, ac humiliet se sub potenti manu Dei? Nemo Cœlum suspiceret, quin terram spernat, cœlum cupiat, Deum amet, adoret, timeat, quibus rebus omnis observatio decalogi planè continetur. *Quam soror terra, dum cœlum aspicio!* Ignat.

SS. GERVASIVS & PROTASIVS. MARTYRES.

19. Junii.

Concupiscitis & non habetis.
Matth. cap. 4.

¶ At hoc nobile fratum, cùm charissimum sibi patrem Vitalem, gloriose martyrio coronatum, amisissent, nullius reliqua precii æstimabant, hinc manumisso servorum grege, divenditis fundis, æréque omni in egenos distributo, multâ se oratione, inter privatos parietes, ad futuras palmas præparabant. Maturavit optatam lauream orci ex idolo oraculum, quod Astasio Comiti, contra Marcommannos præliaturo, edixit, bellum infortunatum fore, nisi Gervasius & Protasius ante Diis sacrificium obtulissent. Hui ergo vocati & ut Diis victimas parent pro reipublicæ bono, omnib' machinis solicitati sunt; negantur autem illi se idolis sacrificaturos, malle potius ipsosmet victimas, sed vero Deo, fieri: Effravat Astasium hæc negatio, de eventu prælia, frustrato oraculo, trepidum, moxque ambos, plumbatis Gervasium, Protasium gladio mactari jubet. Ita viætrices animæ Parenti in gloriâ sociatæ sunt. Corpora diu incognita S. Paulo Apostolo indec, à S. Ambrosio Mediolani reperta sunt, ab omni corruptione integra. Nunc de SS. horum reliquiis ad se delatis, Brisacum, Rheni frenum, gloriatur. Ex Greg. Tur.

Ec 2.

MEDL

440. (050)
M E D I T A T I O
De moderatione desideriorum.

1. **S**S. GERVASII & PROTASII distributis in
pauperes bonis, omne humanarum rerum
desiderium simul extinxerunt. Tu quoque disce
statuere modum vanis tuis appetitibus: velles mo-
dò corpus robustius, ingenium acutius, vires
meliores, plura demum naturæ munera. Ex hoc
immoderato appetitu nascuntur molestiz. Suffi-
ciat tibi, quod dedit Deus: gratias ipsi age. Si
pluribus naturæ donis instructus es, tua forte
pericitaretur salus, & nihilo plus contentus essem;
Unus Deus desideria explet. Ejus voluntati accu-
ratiùs morem geras, & votorum suminam adcep-
eris.

2. Quæ acceperisti bona à Domino, ea tibi suffici-
ant: non est in divitîis, nec in honoribus animi
quies. Quot sunt pauperiores te, qui eamen sunt
feliores, quod plura non desiderant, quam dede-
rit Deus. Peccator, seu caro, opatio seu frustur-
miser est. S. Prosper.

3. Potes quidem altiorem sanctitatis gradum
concupiscere, imò deberes heroicas Sanctorum
virtutes æmulari, quantum per vitæ tuæ condicio-
nem licet. Scrutare desideria tua. Si resectis mu-
danorum desideriis, vehementer appetas sanctita-
tem, si nec speres aliquid, nec extimescas, exarmavis
imponentis iram. Boëtius.

S. PUD.